



**2806** rep. Abani prope Monte Grotto in effossionibus factis ab marchione Dondi-Orologio POLCASTRO; deinde Patavii in academia.



Contuli. Inser. acad.; Mandruzzato *prodromo alla seconda parte dei bagni d'Abano* (1791) in tabula; Polcastro apud eum *bagni d'Abano* 3, 52, 65 et *Padova* p. 181 tab. 3 n. 3; Furlanettus p. 435 n. 618.

.... [ma]xi[mo] [pro . . Va]lerio .... posuit .. [Vale]rius Men. [Op]tatus Vice(tia) [perpet]uus (?) sacerd(os) [Isid]is Aug(ustae) pas(to-phorus). Extrema explicavit Furlanettus.

**2807** Abani rep., extat Patavii apud academiam.



Contuli. Inser. acad.; Mandruzzato *prodromo alla seconda parte dei bagni d'Abano* (1791) in tabula; Polcastro apud eundem *bagni d'Abano* 3, 52, 65 et *Padova* p. 181 tab. 3 n. 2; Furlanettus p. 432 n. 604.

**2808** in plintho stylobatae 5 spith. longi,  $2\frac{1}{2}$  alti, rep. Patavii 13 Mai. 1637 dum reficitur ecclesia monialium S. Bartholomaei una cum n. 2809 simillima.

P·MVLVIVS·CILO  
DEDIT

Servavit Tomasinus de donar. (1639) p. 11. Inde Ursatus 1652 p. 306; Mur. 148, 6 ex Tomasino, 1713, 17 ex Ursato; Furlanettus p. 105 n. 96. Versuum divisio incerta.

**2809** rep. Patavii 14 Mai. 1637 una cum n. 2808 titulo simillimo TOMAS.; deinde ex dono abbatisse S. Blasii apud Ursatum URS. Postea Rovigi in aedibus Silvestriis SILV. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 507.

SEX · POMPEIVS · SEX · F  
DEDIT

Contuli. Habent Tomasinus de donar. (1639) p. 11 (inde Mur. 149, 2); Ursatus 1652 p. 212 et denuo inter desperitos p. 306 titulum domi sua servatum et ante a se editum (inde Mur. 1729, 1), item 1719 p. 96; Cam. Silvestri *Giuvale* p. 538; Maffei M. V. 92, 8; Furlanettus p. 105 n. 97.

Eiusdem est opinor n. 2836.

**2810** Patavii rep. 1638 in hortis monialium ad S. Stephanum et ibidem servata TOMAS. URS. Deinde Rovigi apud Silvestrium SILV. Nunc in museo Veronensi n. 150.

MV · PVBLICIVS  
FESTVS · D · D

Contuli; integra est et margine comprehensa. Tomasinus de donar. (1639) p. 194 ab Ursato; Ursatus 1652 p. 21; Salomoni 1696 p. 405; Silvestri *Giuvale* p. 619 ligno expressit; Mur. 1733, 5 ex Ursato; Maffei M. V. 92, 2; Furlanettus p. 103 n. 95.

**2811** Montegrotto rep. 1834.

F · COS | ER · TR | OT · V | ED |

Furlanettus in add. ms.

**2812** Patavii in aedibus Hieronymi, postea Francisci Quirini.

DIVO AVGUSTO

Servarunt Pingonius f. 235 et Scardeonius p. 67. Inde Ursatus 1652 p. 320 et Furlanettus p. 433 n. 606.

**2813** Patavii in aedibus Bassaniis PING. SCARD. URS.; nunc in museo publico.

M · AGRIPPA  
L · F · COS

Contuli. Pingonius f. 232; Scardeonius p. 70 (inde Grut. 900, 15); Ursatus 1652 p. 70; Furlanettus p. 431 n. 599 tab. 60.

1 M · AGRIPPA priores, etiam Furlanetti tabula; in extremo versu primo marginem adfuisse significat Pingonius. — 2 punctum post primam litteram certum.

**2814** Patavii apud Bassanios URS. Nunc in museo publico.

diu*i* · TRA*i*ni part*h*ici  
diu*i* NER*V*ae

Contuli. Ursatus 1652 p. 70; Furlanettus tab. 60 (in ipso opere deest).

Ne iungas cum fragmento quod sequitur; nam huius tituli elementa NERV maiora sunt litteris AE tituli sequentis. Videntur tamen tituli ambo reliquiae esse duorum divis fratribus simul dedicatorum.

**2815** Patavii apud Bassanios URS. Nunc in museo publico.

diu*i* ner*V*AE · ABNEPOT*i*  
TRIB · POTE*st*

Contuli. Ursatus 1652 p. 70; Furlanettus p. 432 n. 600 tab. 60, male uterque.

Marci est vel L. Veri.

**2816** origine aut Patavina aut Dalmatica; nam aliunde lapides nullos habuit Ramusius pater. — Patavii in aedibus Io. Bapt. Ramusii in horti pariete introeundi ad laevam SCARD. similiterque MANUT. PINELLI (ms.); apud Contarenos PINELLI (Grut.). Nuper superior pars denuo effossa Este in hortis Contarenis inde translata est in museum Estense.

IMP · CAESAR  
M · AVRELIO  
ANTONINO  
AVG · IMP · CAES  
5 L · SEPTIMI · SE  
VERI · PI · PER  
TINACIS · AVG  
ARABICI · ADIA  
BENICI · PARTHI  
10 CI · MAXIMI · FIL  
D · D

Contuli quod extat. Panvinus cod. Vat. 6035 f. 28'; Scardeonius p. 84; Manutius cod. Vat. 5248 f. 4 et cod. 5237 f. 197; Ramusius cod. Barb. 1, Marc. 1; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. p. 49; Grut. 267, 5 e Scardeonio et Pinelli schedis. A prioribus Ursatus 1652 p. 322. 1678 p. 83; Furlanettus p. 57 n. 64.

Quae perierunt dedi inclinati. — 1 CAES Man. 5248, CAESARI Man. 5237. — 10 MAX Scard. Ramus.

**2817** ingens saxum hoc anno [1559] effossum Patavii ad S. Julianam in aedibus Horatii Sorelli sacerdotis SCARD. In vico Arquati in aedibus de Gabrielibus URSAT. Extare negat FURL.

AETERNO · IMPERATORI  
NOSTRO · MAXIMO · OP  
TIMOQUE · PRINCIPI  
AVRELIO · VALERIO  
5 DIOCLETIANO · PIO · FE  
LICI · INVICTO  
AVGUSTO  
PAETVS · HONORATVS · V · c  
CORRECTOR · ITALIAE  
10 NVMINI · EIVS · DICATISSIMVS

Panvinus cod. Vat. 6035 f. 35; Scardeonius p. 52. 82; ex eo et Ursini schedis Grut. 279, 4. Ex Scardeonio omnino Ligorius ms. Taur. 13; item fere Ursatus 1652 p. 191. 1678 p. 87, quamquam lapidem vidit; a prioribus Furlanettus p. 58 n. 67.

Vv. divisi ad Panvinium, a quo non multum recedunt Scard. 82 Grut. Ursat. — 8 fin. v... Panv., VIR Scard. Panvinus eodem exemplo usus esse videtur quo Scardeonius, sed antequam interpolaretur; nam Scardeonius cum ait inscriptionem licet aliquando imminutam tamen intellegi, significat se hiatus expleuisse conjectura sua. HONORATVS ... VIR Grut. Ursat. — 9 ITAL Scard. 52, ITALIAE Scard. 82 Lig. Grut. Ursat., STATI ... Panv. — 10 DICATISS Scard. 52 Grut.

Cf. titulum T. Flavii Postumii Titiani v. c. cos. (a. 301) . . . corr. Italiae Transpadanae (Orelli 1194). Fortasse hic quoque in fine v. 9 add. TRANSPADANAe.